

Sed multi sentiunt, communem sententiam non aliter 44 procedere, quam si certus cognationis gradus probetur, nec sufficere genericam, sive indefinitam probationem consanguinitatis, Menoch. supra, num. 53, Dec. cons. 321. n. 13. Alciat. de presump. reg. 1. presump. 28. num. 9. Tiraquel. dict. glof. 1. num. 9. D. Covar. infra, in fine huius numeri, Anton. Gab. supra, num. 24. & alii apud Pacian. num. 29. qui id intelligendum docet, quando ad successione, vel alium actum certus gradus desideratur, ut in transversalibus, qui intra decimum gradum duntaxat invicem, succedunt sibi; secus si quis ad majoratum velit admitti: nam in genere agnitione probata obtinebit, nisi alius proximior apparuerit.

Ibi: Ad idem facit, quod Ripa.

35 Substitutus petens fideicommissariam hereditatem sibi relictam, si institutus sine liberis decessit: probare non tenetur, ipsum prolem non reliquisse; Molin. ubi proxime, Vincent. Fular. de substitutionib. quest. 436. Bart. l. ex facto, §. Si quis autem, ff. ad Trebellian. Peregrin. supra, art. 43. num. 5. Socin. in l. qui duos, §. 1. in fine, vers. Quintium, & ultimum, ff. de reb. dub. Mantica. supra, lib. 11. tit. 4. num. 6. vers. Nam primus casus, & decis. 32. num. 2. Mascard. concl. 343. ex num. 8. Anton. Gab. d. concl. 6. num. 25. Ripa in d. §. Si quis autem, num. 9. vers. Pro concordia tamen, Boer. decis. 38. num. 30. vers. Imò sub correctione, Berol. in cap. in presentia, num. 347. vers. Non omitto, de probat. Pacian. supra, lib. 2. cap. 7. num. 1. quod planè procedit, quoties non apparet, liberos aliquando fuisse instituto; quòd si eos extitisse dubium non sit, maximè controversatur, an substitutus, illos patri non supervixisse, probare teneatur, de quo fusè Pacian. supra, à n. 2. & D. Covar. infra, c. proxim. n. 6. vers. Tertius, agit substitutus, ubi nos n. 24.

36 Ratio, quæ communiter tradi solet ad præmissam conclusionem, ea est, quia filios procreare, quid facti est; facta autem non præsumuntur: ex quo asserenti, liberos instituto fuisse superstitis, onus probationis incumbit. Ita Molin. dict. num. 22. Menoch. lib. 6. presump. 14. num. 7. Pacian. ex aliis, ubi proxime, num. 3. Verùm ipsa congrua non videtur, nam est nemo liberos suscipere, aut relinquere præsumatur, non inde sequitur, contrarium præsumi: nempe quòd absque prole quisquam decessat, ut substitutus hoc allegans pro suæ intentionis fundamentum, à probationis onere relevetur. Sic diximus, divitem neminem præsumi, sed ex hoc non inducitur præsumptio paupertatis, quominus qui in ea se fundat, ad probationem non teneatur; ut cum Communi supra, fuit resolutum: neque enim rectè inferitur: Filij alicui esse non præsumuntur; Ergo præsumitur ipsos non habere! cum jus, ut plurimum, etiam in contrariis pro nullo præsumat, & probationibus omninò stetur, quæ juxta illius regulam, ab allegante debent exhiberi. Quo argumento ad simile usus est D. Covar. supra, num. 5. unde videtur, quod cum substitutus pro se juris præsumptionem non habeat, Negativam, scilicet filios instituto non supervixisse, in qua se fundat, probare compellatur, ex regula tradita supra, num. 20.

37 Quapropter aliter defendere oportet præfatam conclusionem, asserendo, quod cum Negativa naturali rei statui convenit, eam allegans ad probationem non obligatur; sed adversarius, nisi contrarium verificaverit, succumbet; naturalis status hic vocatur, in quo res esset, nullo facto, aut qualitate extrinseca accedente. Hinc est, ut, cum ad filiorum procreationem factum hominis, multaque extrinseca, ut notum est, desiderantur; qui allegat quemquam prolem non suscepisse, ad hoc probandum non teneatur, quoniam se fundat in Negativa statui hominis naturali convenienti, quod onus probationis transfert in adversarium. Ita in specie Pacian. supra, num. 14. & Menoch. in simili d. lib. 4. presump. 1. n. 2. & 3.

Ad Num. 7.

38 Nota obiter limitationem insignem ad hanc l. 2. tit. 2. lib. 5. Recopilat. nam potest vir uxori suæ arrhas constituere

re ultra decimam bonorum, quæ tempore promissionis haberet, si eas de facultatibus presentibus, ac futuris expressim promittat; quo casu mulieri optio datur, ut tempus assignet, juxta quod computatio quoad decimam est facienda, nec amplius eidem variare licebit, etsi vir locupletior postea efficiatur; Roderic. Suar. in l. 1. vers. Nota ulterius, tit. 2. lib. 3. for. Matienz. in d. l. 2. glof. 1. num. 5. Ant. Gom. in l. 50. Taur. num. 13. ad finem, Pat. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 29. num. 5. ubi alii.

Dubium tamen pulchrum est, an si maritus, jam dissolutum matrimonio per mortem uxoris, ad pinguiorem fortunam pervenerit, arrhas debeatur hæredibus juxta bona postea quæ sita, cum prius non elegerint, super quo consultus negativè resolvit cum Ayora de partit. part. 1. cap. 7. num. 18. idemque sentire videntur Castill. in l. 50. Taur. n. 5. Palac. Ruvios in rubric. de donat. int. §. 24. num. 1. vers. Si autem vir. Sed promissio arrharum excedens legis metas, non omninò est irrita; sed solum quoad excessum, Guttier. de matrim. capit. 19. numer. 24. Sanch. supra, numer. 14. Ant. Gom. ubi proxime.

Ibi: Dubitari enim solet, uxore agente.

Quod uxore petente arrhas sibi à viro promissas, hæres excessum probare teneatur, docent Guttier. practica. lib. 3. quest. 40. à numer. 4. Pat. Sanch. supra, disp. 35. num. 4. Baëza de non melior. var. dot. filib. c. 36. num. 19. Ayora d. c. 7. à n. 27. quod verius est, prout D. Covar. videtur.

Ibi: Contrariam sententiam probare conatur.

Sed contrarium, scilicet mulieri agenti incumbere probationem, cum Roderico Suar. sentiunt Ant. Gom. supra, 4. Matienz. in dict. l. 2. glof. 2. numer. 9. Gomez Vajo in prax. lib. 2. quest. 89. numer. 16. Villadieg. in Politic. cap. 7. numer. 8. Azeved. in d. l. 2. Recopilat. num. 19. Mieres de majorat. part. 1. quest. 52. numer. 13. & 17.

Ibi: Quandoque tamen solet hæres.

Adde Guttier. de matrim. dict. capit. 19. numer. 38. vers. Verum his, in fine, Sanch. dict. disp. 35. numer. 5. Matienz. supra, numer. 7.

Ibi: Et idem servatur, quando uxor arrhas.

Muliere possidente, agens ad repetitionem arrharum quoad excessum, illum proculdubio probare compellitur, Sanch. Guttier. Villadieg. Azeved. & Mieres ubi proxime, Vajo, numer. 17. Valdes in addit. ad Suar. in dict. l. 1. numer. 22. tit. 2. lib. 3. fori.

Ad Num. 8.

Quando aliquis pauper censeatur? iudicantis arbitrio 42 relinquitur; Mascard. conclus. 1159. num. 7. & 8. Flores de Mena, variat. lib. 2. quest. 21. num. 130. Pacian. pluribus laudatis, d. lib. 1. cap. 54. num. 44. Mangil. de imputat. quest. 138. n. 4. Surd. de aliment. tit. 7. quest. 9. num. 10. Benincas. de paupertat. quest. 6. num. 17. cum seqq. Gab. Valasc. de privileg. pauper. part. 2. quest. 42. n. 43. Marta in sum. a. succession. legal. part. 3. quest. 12. art. 5. num. 9. Escobar. de ratiocin. lib. 1. cap. 22. nu. 18. Fontanel. de pact. nuptialib. tom. 2. claus. 5. glof. 8. part. 9. nu. 6. Mynsinger. cent. 4. observat. 97. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 65. num. 7. Giorba Sicil. decis. 18. num. 5. Pareja de instrumentor. edit. tom. 1. tit. 3. resolut. 3. n. 51. Pet. Greg. sup. lib. 3. 2. cap. 12. num. 13. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quest. 36. num. 30. Gratian. disceptat. cap. 120. n. 14. 15. 80.

In quo iudex perpendere debet personæ qualitatem, de 43 cuius paupertate probanda tractatur; nam Proceres, vel in dignitate constituti, aut nobilitate præclari pauperes sunt habendi, quamvis in bonis tantum sit illis, quantum sufficeret aliis hominibus, ut divites admodum putarentur, si illi careant necessariis ad suum statum decorè, ac decenter sustinendum; Mascard. supra, nuper. 14. Menoch. numer. 8. Pacian. numer. 45. cum aliis, Jaf. in dict. l. si constante, numer. 131. & in dict. authent. praterea, vers. Ex conclusione glossæ, col. 9. est enim paupertas, ut Valasc. definit supra, quest. 4.

9.4. num. 9. Carentia pecuniæ secundum personæ, vel negotii qualitatem.

Ibi: Quæ ratione tollitur controversia.

44 Ut quis pauper judicetur ad testimonium in causa pecuniaria ferendum; considerari itidem oportet valorem litis, super qua depoñendum est; qui si excedat bona, quæ testi sunt, hic minus idoneus ob paupertatem judicabitur, Glof. verb. substantiam, in §. Si vero absunt, Authent. de hæredib. & falcid. Pacian. qui communem testatur, dict. cap. 54. n. 55. vers. Sed in contrarium, quod intellige, ut infra n. 46.

45 Illud arbitrium, quod in iudice est, ad discernendum, quis pauper censeatur? omninò cessat in casibus, in quibus jure decisum est: eum, qui in bonis certam quantitatem non habet, pauperem esse quoad aliquem effectum; ut sunt exempla in l. nonnulli 10. ff. de accusat. §. Sed nostras, Inst. de succes. libert. Bart. in d. l. si constante, n. 14. vers. Quid dicimus, Mascard. d. conclus. 1159. num. 9. Pacian. supra, n. 73. qui n. 77. Idem juris esse ait, cum à consuetudine, vel usu communi loquendi determinatum est, quis pauper dicatur? quod prænotat Berol. in c. 1. n. 55. vers. Unde fortè melius, de accusat.

46 Utrum pauperes à ferendo testimonio in iudicio repellantur, aut quanta fides illis sit adhibenda? tractant Menoch. d. cas. 65. n. 11. & 12. & cas. 96. per totum. Ant. Gom. variat. lib. 3. cap. 12. n. 19. Farinac. in prax. crim. q. 57. à num. 1. Campeg. de testib. reg. 113. Buccaron. de different. int. judic. civil. & crimin. differens. 100. per tot. Cancr. variat. part. 1. c. 80. n. 88. Gomez Vaio d. lib. 2. quest. 80. n. 6. Pacian. d. c. 54. à num. 54. Mascard. conclus. 1155. Cotta in memorabilib. verb. Paupertas, pag. 662. Vivian. commun. opinio. lib. 4. tit. 10. num. 136. 417. Rebas. de reprob. test. à num. 387. Montalv. in l. 9. glof. inury pobre, tit. 8. lib. 2. for. Morla in empor. jur. part. 1. tit. 12. quest. 12. & communis resolutio est, ut persona honesta ob paupertatem non sit prohibita, apud iudicem ferre testimonium, tam in civilibus causis, quam criminalibus; Juxta tamen pro qualitate pauperis ei fides adhibebit, quæ sanè minuitur ob suspicionem, quòd, necessitate urgente, facile homines pretio corrumpi, & allici solent ad falsò testificandum, sicut & ad alia crimina perpetranda; ut habetur Proverbior. cap. 30. ubi: Mendicantem, & divitias ne dederis tibi: tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiaris illuciar ad negandum, & dicam: quis est Dominus? aut egestate compulsus fuerit, & perire nomen Dei mei, & Ecclesiastic. c. 27. Propter inopiam multi deliquerunt, Gloss. ad illud D. Paul. 1. ad Thessalonicens. c. 5. Rogamus autem vos, & c. Ait eleganter: Sicut divitias negligentiam parvunt, ita egestas dum satiaris queritur, à justitia declinat. 2. ibi, Porq; pobredad trae à los omes à grande cobdicia, que es razi de todo mal, ubi Greg. Lop. glof. 2. tit. 9. part. 2. atque ita magis dives, quam pauper vitio carere præsumitur, Menoch. lib. 5. pres. 4. n. 8. Nam paupertas sordes infert, Pet Greg. sup. lib. 45. c. 13. num. 7. & virtutis viam claudit, Horat. lib. 3. od. 24. ibi.

Magnum pauperes oportebrium, jubet Quidvis & facere & pati, Virtutisque viam deserit ardua.

Martial. lib. 11.

O quantum cogit egestas!

De quibus Bobadill. in Politic. lib. 1. c. 11. n. 21. Carleval. de judic. tom. 1. tit. 1. disp. 1. à n. 8.

47 Ex hac præsumptione, divite, & paupere deponentibus, cæteris partibus, magis illi, quam huic credendum est: Bartol. in l. ex libero, ff. de questionib. Ripa in dict. l. si constante, n. 33. Socin. Jun. cons. penult. n. 37. lib. 2. Menoch. dict. cas. 96. n. 9. Pet. Greg. sup. lib. 41. cap. 7. n. 7. Nec pauper est testis omni exceptione major, Menoch. ibidem, Ancharran. cons. 194. in fine, Dec. cons. 310. col. ult. Craver. cons. 249. n. 11. Seraphin. decis. 1279. Et quanta mala paupertatis miseriam comitentur, tradit eruditè Pet. Gregor. lib. 22. cap. 11. à n. 6. & d. c. 7. n. 7. ubi quod splendori nocet, ac homines contemptibiles efficit. Hinc Eccles. cap. 40. legitur: Fili in tempore vitæ tuæ non indigeas: melius est enim mori, quam indigere; nam vi-

ta pauperis est in cogitatione victus, Nihilominus paupertatem miris extollit laudibus Luc. de Penna in l. 2. num. 40. C. quand. & quib. quar. pars deb. lib. 10. multaque privilegia pauperibus jura concedunt, quæ congestit Valasc. & nonnulla refert Pacian. d. c. 54. à num. 61. & inopiam appetibilem sibi testatur Horat. satyr. 1. ibi:

Semper ego optarim, pauperrimus esse bonorum.

Vers. Ceterum paupertas.

Quibus modis probetur paupertas? latè docent Pacian. 48 supra, ex n. 35. Mascard. d. conclus. 1159. cum sequentib. Valasc. supra, questio. 5. per tot. Cardin. Tusch. lit. P. conclus. 162. Angel. in d. l. si verò, §. Qui pro rei, n. 6. vers. Qualiter autem probetur, col. fin. ff. Qui satisd. cogant.

49 Hujusmodi probationis per testes ultra proximè laudatos, meminere Alberic. in d. §. qui pro rei, n. 6. Florian. in l. 2. num. 3. vers. Nec obstat huic doctrina, col. 2. ff. de probat. & Pacian. d. num. 35. notat, sufficienter probari paupertatem, si testes dicant, eum de quo queritur, discedat, aut vilibus vestimentis præ inopia indutum incedere: subditque, quod etsi hujusmodi probatio concludens omninò non sit, concludit tamen probabiliter, quod sufficit, quando rei natura non patitur, ut aliter probari queat.

Ibi: Imò satis probatur paupertas.

Ita Angel. in d. §. Qui pro rei, in fine, Salicet. in authent. 50 praterea, quest. 4. C. unde vir, & uxor. Alba. cons. 69. num. 6. col. 3. & alii jam laudati. Sed hæc probatio per discussionem concludens non est, sed conjecturalis, ac præsumptiva, quæ ideo admittitur, quoniam paupertas concludenter probari non potest; cum sæpissimè contingat, bona esse debitori, quæ, ut creditoribus satisfiat, capi nequeunt; Pacian. d. lib. 1. c. 45. n. 17.

Ibi: Quod si tractemus de modico præjudicio.

Paupertas itidem per famam probatur, Pacian. cap. 49. 51 num. 44. Bald. in d. §. qui pro rei, in 4. in fine. Angel. ibi, n. 5. vers. Qualiter autem, col. fin. Falgof. ibidem, in fine. Florian. in l. 2. col. 2. vers. Item probatur ex vulgi, ff. de probat. Dec. cons. 120. col. 2. Jacob. de Aren. in l. paupertas, ff. de excusat. tutor. Ancharran. in c. veniens, col. penult. vers. Ego etiam dico, de verbor. significat, in 6.

52 Quod tunc verum est, cum agitur de modico præjudicio; non si paupertas cedat in alicujus notabile detrimentum: Pacian. d. cap. 54. numer. 40 & 41. Præposit. in cap. 2. num. 5. vers. Nota quod pauper. 8. distinct. Jaf. in l. si constante, num. 127. vers. Alibi quis dicitur, col. 23. ff. solut. matrim. Abbas in cap. 1. num. 11. vers. Et conclude, col. penult. de accusat. Bald. in §. Item propter litem, nu. 4. Inst. de excusat. tutor. & in l. ubi adhuc, num. 48. vers. Quarrit hic Glossa, col. antepenult. C. de jur. dot.

53 Undè mulieri agenti ex d. l. ubi adhuc, ad dotem adversus maritum, ob inopiam ejus, satis est probare per famam: quoniam ille quamvis damnetur, non multum damni patitur: quod si cum tertio possessore contendat, ut revocet per virum alienata, paupertatis probatio per famam non proderit, cum de gravi præjudicio tractetur, Dueñas reg. 299. vers. Limita quinto, Hippolyt. in l. de minore, §. Plurium, num. 56. ff. de questioib. Mascard. concl. 1019. num. 1. cum aliis; quoniam fama probat regulariter plenè, quoties de modico præjudicio tractatur, Mascard. conclus. 1159. num. 20. Benintendis Bononiens. decis. 68. n. 1. Joseph. Ludovic. Lucens. decis. 22. num. 14. Pet. Barbos. in d. l. si constante, in princ. num. 63. Maximè cum paupertatis probatio, utpotè quæ in Negativa consistit, difficilis sit probationis, & in his fama plenam probationem inducit; Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 89. num. 88. Cevall. tom. 1. quest. 307. num. 10. Bart. in l. siquidem, C. sol. marim. Roman. con. 66. Rota apud Verallum decis. 49. Mascard. conclus. 753. num. 22. Farinac. in prax. part. 1. tom. 1. tract. de indic. & tortur. n. 90. & 91.

54 Testes autem de fama deponentes, debent & de propria credulitate dicere: scilicet illum pauperem se estimare; Pacian. cap. 54. numer. 42. Bald. cons. 222. num. 2. vers.



vers. Subsequenter querebatur, vol. 1. Ripa in d. l. si constans, n. 37. vers. Circa tertiam questionem, col. 9.

Ibi: Tamen secundum materiam subjectam.

55 Hanc interpretationem ad d. l. si constans, probat Pet. Barbof. ad illam, num. 64. Verum aliter Ulpianus, ne obftet, potest intelligi, qui ideo verbo, evidentiissime, usus est, ut doceat, quod non propter quamcumque patrimonij diminutionem, quae viro contigerit, statim mulieri ad dotem actio danda est: nisi talis sit, ut manifeste appareat, eidem periculo amittenda dotis imminere; ne in mulierum esset potestate, viros suos facile bonis dotalibus spoliare: quod quidem locum habere potest, cum vir ad inopiam vergit, de cuius facultatibus potest ambigi, num sufficiant ad dotis exactionem. At cum jam in paupertatem incidit, ita ut communiter inops habeatur; dubium non est, quin ejus bona ad dotis exactionem non sint satis: & sic per famam inopia probata, evidentiissime appareat, facultates mariti ad exactionem dotis non sufficere, quod Ulpianus desiderat, ut mulier ex ea lege agens audiat. Cui distinctioni ad stipulatur, quod DD. notant, scilicet non esse idem, pauperem esse, ac in paupertatem declinare: Butigar. in l. actor, in fine, C. de probat. Pacian. dict. capit. 54. num. 80.

Ibi: Ex eo quod negatio simplex non capiat, nec patitur.

Negativa assertio nullo loco, vel tempore coarctata, 56 impossibilis est probationis, cap. super hoc 5. de renunciation. c. bona 23. §. Contra legati, de election. Pacian. plures referens, lib. 1. c. 37. a. n. 1. Cancr. variar. part. 1. o. 15. num. 41. Tusch. lit. N. conclus. 30. n. 1. Jul. Clar. in prax §. fin. q. 52. num. 4. vers. Scias autem. Tondut. quastion. benefical. part. 2. c. 3. §. 1. num. 20. Mandol. ad regul. 14. Cancellar. de infirm. resignat. quast. 6. n. 4. Herculan. supra num. 124. Ant. Gab. d. iii. de probat. conclus. 6. Mascard. conclus. 191. num. 3. Caroc. de locat. part. 3. tit. de Negativa proband. Cardof. in prax iudic. verb. probatio n. 29. Menoch. lib. 2. pref. 50. num. 11. Unde testes deponentes super tali Negativa, de falso suspecti fiunt, ut eis fides nulla adhibeatur, Menoch. dit. lib. 2. pref. 55. num. 7. Mascard. conclus. 1374. n. 10. Gail. praedict. observat. lib. 3. observat. 64. num. 4. Jul. Clar. supra num. 3. in fine. Farinac. in prax crimin. q. 65. num. 205 & 206. Bald. in c. 1. §. Si quis per viginti, in fine. Si de feud. defunct. contr. sit int. domin. & agnatum, in usib. feudor. Non tamen ut ipsis poena imponatur ob falsitatem, Jul. Clar. supra §. Falsum, vers. Solum etiam dicit, Farinac. d. q. 65. n. 207. Bos. in prax crimin. tit. de pen. recor. n. 34. Buccaron. supra, different. 53. a. num. 9.

Aliquando tamen simplex Negativa probari potest, ut 57 per instrumentum, vel confessionem adversarii, de modo probandi Negativam, Mascard. conclus. 1087. n. 11. Flamin. de resignat. benefical. lib. 1. 1. quast. 14. num. 70. Cardof. supra, verb. probatio, num. 31. Surd. 300. n. 11. Farinac. dict. quast. 65. a. num. 218. Amat. sup.

Ibi: Ex quibus Bartoli verbis deducit Alexander.

58 Notorium quid sit, non eodem modo ab Interpretibus definitur, ut videri potest apud Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 166. Cyriac. tom. 2. controvers. 333. a. n. 2. Vivian. commun. opinion. lib. 4. tit. 9. n. 29. cum aliis, Mascard. conclus. 1101. Farinac. supra part. 1. quast. 21. a. num. 8. Clar. dict. §. fin. quast. 9. Communis vero sententia id iudicis arbitrio relinquit, Menoch. num. 7. Cyriac. num. 7 & 8. Bart. in l. scriptus, num. 2. vers. Alii remittuntur, ff. de religiof. & sumpt. funer. & alij, qui subdant iudicem id notorium arbitrari debere, quod ab omnibus de populo scitur, aut verosimiliter sciri potest: ad quod sufficit, si coram decem personis aliquid fiat, Cyriac. num. 3. Mascard. de probat. conclus. 1106. num. 17. Cyn. in l. ea quidem, C. qui accusare non poss. Bald. in d. l. si virus, §. Qui pro rei, ff. quib. iuris, cog. Fr. Emman. q. Regular. tom. 2. q. 6. art.

4. Farinac. supra, n. 47. sed Argel. de acq. poss. q. 4. art. 1. n. 3; 6. inquit, Notorium esse illud, quod ante oculos situm est, vel ita in mentibus hominum radicatum, ut avelli, aut occultari non possit, ex Baldo in l. cives, C. de appellat.

Est autem Notorium duplex, facti, & juris: facti notorium est, quod ita communiter patet, ut nulla tergiversatione celari queat; juris, quod in iudicio legitime per testes, vel instrumenta probatur: primum, Notorium proprie dicitur; secundum, non utique; Argel. supra, num. 37. late Capra in tract. de Notorio, Mascard. d. conclus. 1101. Farinac. dict. quast. 21. Lotter. de re benefical. lib. 1. quast. 34. numer. 29. Pet. Gregor. synagmat. lib. 48. cap. 10. a. numer. 6. ubi addit, aliud esse Notorium praesumptum, cum scilicet notorietas nititur praesumptione, ut quando quis communiter pro filio alicujus habetur, quia ab illo filius nominatur, & tractatur ut talis.

60 Ex his defendi potest Ripa, si dicamus loqui de notorietate judiciali; nam in iudicio, actus transitorius, seu momentaneus, notorius proprie fieri non potest, cum necessario per testes, aut instrumenta sit probandus; quod secus evenit in actu permanente, qui cum oculis iudicantis subijci possit, probatione alia non eget; Joseph. Ludovic. decis. 62. num. 21. Mascard. conclus. 1106. num. 20. Tondut. supra, part. 1. c. 41. num. 12. quare stricto verbo, Notorium, sumpto, vera est Ripa assertio, quia actus momentaneus notorius proprie fieri non valet in iudicio, sicut permanentis.

61 Ex quo egregia oritur differentia inter Notorium transiens, & permanens; hoc enim, juris & de jure praesumptionem elidit; illud adversum eam non admittitur: Menoch. de praesumpt. lib. 1. quast. 67. num. 3. Alciat. eod. tract. part. 2. num. 15. Roman. conf. 350. Idemque juris est quoad re iudicatam; Menoch. & Alciat. ibidem, Felin. in cap. quoniam contra, fallent. 4. de probat. Praeterea ubi adest Notorium facti transiens, ordo iudicarius servari debet; non sic permanentis, nam ille omittitur; Menoch. lib. 2. de arbitrar. cas. 235. num. 14. Aterin. conf. 163. n. 6. Grammatic. decis. 36. n. 44. Pet. Gregor. num. 6.

Verum immerito Bartolus reprehenditur.

Quamvis Ripam defendere conati fuerimus; tamen Bartoli sententia, cui D. Covar. accedit, falla non est, si Notorium in sua lata significatione accipiatur, tam de notorietate propria facti, quam impropria juris.

Verf. Item idem Alexander.

62 Negativa simplex, sive indeterminata, potest per adversarii confessionem, vel instrumenta probari; Tondut. d. cap. 4. §. 1. num. 20. Cyriac. tom. 2. controvers. 321. num. 7. Bart. in l. fin. quast. 1. C. de reb. credit. Herculan. supra, num. 167. Menoch. confil. 259. n. 5. Pacian. lib. 1. cap. 37. n. 7. & cap. 38. num. 2. cum aliis capitib. seqq. ubi latissime de modo probandi Negativam, Mascard. conclus. 1087. n. 11. Flamin. de resignat. benefical. lib. 1. 1. quast. 14. num. 70. Cardof. supra, verb. probatio, num. 31. Surd. 300. n. 11. Farinac. dict. quast. 65. a. num. 218. Amat. sup.

Ibi: Et tamen per hoc, notorium quid efficitur.

63 Notorium dicitur, quod per confessionem partis, instrumenta, vel alias legitimas probationes constat ex actis, Menoch. ex aliis, d. cas. 160. num. 6. Mascard. conclus. 1101. a. num. 13. Joseph. Ludovic. decis. 20. num. 2. part. 1. Farinac. supra, part. 1. quast. 9. num. 20. Aldret. de religiof. disciplin. lib. 1. cap. 5. §. 2. num. 16. Acta enim rem notoriam efficiunt, Farinac. d. quast. 21. num. 14. Surd. conf. 154. num. 25. Roland. conf. 41. num. 30. vol. 1. Bec. conf. 40. num. 3. vol. 1. Sed hoc improprie Notorium dicitur, quia non facti veritate, sed juris autoritate nititur: potest enim aliqua tergiversatione excusari, nempè fallitate probationum, vel ipsius confidentis mendacio; l. 1. & per totum tit. C. si ex fals. instrument. vel testimon. iudicari. tit. 1. §. Si quis ultro, ff. de quastionib.

Ibi: Sed haec vera sunt de Notorio juris.

Quid sit Notorium juris, & quid facti: dictum est supra, num. 59.

Ibi:

Ibi: Sed & locum obtinet in Negativa.

64 De Negativa coarctata, ejusque probatione; Pacian. lib. 1. cap. 40. per tot. Menoch. lib. 2. pref. 50. num. 13. Lotter. de re benefical. lib. 3. q. 29. & 94.

Verf. Ex his apparet.

65 Istis addenda sunt tradita supra, n. 55. pro interpretatione d. l. si constans; ex illis enim colligitur, verum esse; quod, Bartoli sententia rejecta, hic D. Covar. docet: ex quo enim legitime paupertas per testes probatur, evidentiissime constat, mariti facultates ad exactionem dotis non sufficere. Bartoli vero opinio recipi poterit, cum maliter intenderit probare, virum suum ad inopiam vergere; quoniam tunc non erit satis, ut testes asserant, viri facultates ad exactionem dotis non sufficere, nisi addiderint, id manifestum esse; quod Ulpianus desiderat.

AD CAUT VII.

Pluribus eodem incendio vel ruina peremptis, quis alteri supervivisse praesumatur.

SUMMARIUM.

- 1 Agentes de materia enumerantur.
- 2 Feminas majus robur habere in sustinendis vulneribus quam viros, an verum sit?
- 3 Masculo, & femina uno parvi editis, ille prior egressus creditur.
- 4 Si vir & femina pro eodem crimine sine torquendi, ab hac incipit sortura.
- 5 L. nihil interest, §. 2. ff. ad leg. Jul. de adulter. exponitur.
- 6 Mare & femina eodem conflictu percussis, quis prior decessisse praesumatur & n. 56.
- 7 Mare quid deseritur conjugi, qui in matrimonio decesserit, utroque simul ruina, vel alio modo extincto, debetur, & n. 9.
- 8 Donatio inter virum, & uxorem, utroque simul mortuo, confirmatur.
- 9 Idem est inter patrem, & filium suam.
- 10 Donatio inter conjuges, ut confirmetur morte, traditionem requirit.
- 11 An sita sit satis?
- 12 Dominium rei donatae inter conjuges peies donatarium permanet, nisi tradatur.
- 13 In Hispania num donatio inter virum & uxorem sufficit?
- 14 De ratione, l. si inter, ff. de reb. dub.
- 15 Donatio inter conjuges morte civili confirmatur.
- 16 De interpretatione d. l. si inter, & n. 19.
- 17 Donatio inter virum & uxorem, an favorabiles, vel odiosae habeantur.
- 18 Si vir, & uxor, quorum unus alteri donaverat, diverso loco, aut tempore decedant, & quis prior mortuus ignoretur, successor, qui egerit, onus probationis incumbit.
- 19 Donatio inter conjuges putativos morte non confirmatur, imò prorsus est nulla Limitatur, ibid.
- 20 Nonnulla circa l. ex facto 17. §. Si quis autem ff. ad Trebellian. adnotantur.
- 21 Substitutus si sine liberis institutus decedat, an teneatur probare, filios non exiisse mortis tempore? & n. 32.
- 22 Aegyptiorum ratio, propter quam hominis vitam ad centum annorum restrixerunt, & n. 26 27.
- 23 Homo ad centum annos vivere an praesumatur? & n. 31 34.
- 24 Homo mortuus praesumitur, centum elapsis annis ab ejus natiuitate.
- 25 Vitam, vel mortem alicujus allegans, ad probandum astringitur.
- 26 Allegans vivere aliquem, quem vixisse constat, num ad probationem teneatur?
- 27 Substitutus pupillaris an, & quando probare teneatur, eum, de cujus hereditate agitur, intra impubertatem obiisse, §. 6. & 37.

38 Distinctio Bartoli inter dispositionem legis, & hominis improbat.

39 Quoties ex statuto lucrum aliquod deseritur ei, qui ex conjugibus supervixerit, utroque una extincto, nihil debetur. Quod ampliat ibid.

40 De intellectu l. quod pariter, ff. de reb. dub. & n. 41. 42.

41 Institutus, & substitutus, si eodem casu simul perierint, substitutio evanescit.

42 Mortuo simul donatore causa mortis, & donatario donatio consistit.

43 Pluribus pariter extinctis eodem a fragio, aut ruina, nullus prior, aut posterior obiisse creditur.

44 Ratio ad l. ex facto 17. §. Si quis autem, ff. ad Trebell. redditur.

45 Patre cum filiis eodem casu perempto, quis prior decessisse praesumatur.

46 Frenore maris filius patri supervivisse creditur, etiamsi sit impubes, n. 49.

47 Pubes a pupillo non differt quoad corporis viros, si proximus sit impubertati.

48 Infans cum genitrice extinctus, prius periisse praesumitur in casu l. inter socerum, ff. de pact. dotalib.

49 Pupillus si una cum sibi substituto pereat, non creditur prior spiritum emisisse.

50 Filius cum parente liberto si simul occubuerit, supervivere favore patroni non censetur.

51 Quid in patroni herede.

52 Deciso l. ex facto 17. §. Si quis autem, ff. ad Trebellian. an habeat locum si ascendens substituit?

DE his scriptis latissime Jacob. Menoch. de praesumpt. lib. 6. pref. 50. Alciat. eod. tract. reg. 1. pref. 49. Pacian. de probat. lib. 2. c. 7. ex n. 10. & c. 8. Ludovic. Charondas verisimil. lib. 1. c. 21. Card. Mant. de conjectur. ultimar. voluntar. lib. 5. tit. 9. a. n. 6. & lib. 11. tit. 5. n. 6. cum seqq. Costa in l. qui duos §. Cum in bello, verb. Divus Adrianus credit. c. & verb. Patrem prius mortuum, Hugo Donel. in d. §. Cum in bello, & in l. si inter, ff. de reb. dub. Fontanel. de pact. nuptialib. tom. 1. claus. 4. glof. 7. part. 2. a. n. 38. Gomez Vao in praxi, lib. 2. c. 72. Marc. Ant. Peregrin. de fideicommiss. art. 41. Signorol. conf. 9. Vincent. de Franchis dec. 454. Cachetan. Pedemont. decis. 108.

Ad Num. 1.

Haec sententia, et si communis sit, improbat cum multis infra n. 33. sub num. 6. vers. Nam & hic quibus casus, ubi latius D. Covar.

Ad Num. 2.

Feminas posse graviora vulnera, quam viros absque vitae amissione sustinere, sentiunt non pauci, Tiraquel. de legib. communalib. l. 1. n. 225. Marfil. in repetit. rubric. col. 83. vers. Sed ego incidenter, C. de probat. Signorol. conf. 67. col. 2. vers. Item intentio mariti, Ludovic. Bolognet. in addit. ad Guidon. Zuzza. in tract. de torment. col. 3. & notant communiter Scribentes in l. nihil interest §. 2. ff. ad leg. Jul. de adulter. a quibus dissentit D. Covar. de sponsalib. part. 2. cap. 3. §. 4. n. 18. quoniam compertum est foeminae, masculum animi, & corporis viribus praevallere, ut constat ex Aristotele lib. 9. de histor. animal. c. 1. & de generat. lib. 4. c. 6. Tiraq. supra, a. n. 55. Plin. natur. histor. lib. 11. c. 48. Menoch. d. lib. 6. pref. 51. num. 20. Joan. Lecitier de primogenit. lib. 1. quast. 11. num. 3. Pacian. d. c. 8. a. n. 6. Gomez Vao supra, n. 2. Sanch. de marr. lib. 7. disp. 24. n. 8. & Ovid. ad Leandrum cecinit ita.

Fortius ingenium suspicor esse viris.

Et corpus teneris, sic mens infirma puellis. Quod ad id verum est, ut etiam in rebus inanimatis hujusmodi differentia quoad fortitudinem continuatur, ut in magnete, palma, hedera, & similibus, Plin. lib. 36. cap. 26. Pacian. d. cap. 8. a. num. 9. (nam in omnibus, quae natura gignit, utrumque sexum reperiri, sentiunt Plin. lib. 13. capit. 4. Volaterran. in lib. 26. Philolog.) si quidem quae masculini sexus sunt, vi, ac magnitudine superant foeminae: sed haec sexus distinctio non a natura provenit, secundum quam masculus est ille, qui generat, & foemina; in qua generatur, quod in inanimatis verificari nequit: est

R tamen